



Lahay. Vetus mens desiderium finit... Cant. 1. Cantic. 3. Cantic. 5. Cant. 8. D. Paschal. 38. 39. 40. 41. Theodor.

premebatur, ut sibi persuaderet etiam post mortem non esse finiendum; vel ut explicat Joannes de Lahay; quod descendit lugens ad filium in limbum, ac fidicat: Non cessabit planctus meus quando sum modo super terram, quousque descendam in Limbum, ubi in cœtu Sanctorum recipiam, & videam filium meum; ejusque præsentia fruatur; quâ tunc luctus & fletus meus cessabunt.

peru, ut latronis corpus aspergerent, ut latronem aspersum baptizarent. Exiit sanguis non lento modo, sed cum magna vi, ac impetu, nam sicut Christus vivens magna velocitate in hominum salutem ferebatur; tamen quamvis ipse esset mortuus, ejus tamen sanguis adhuc suum morem retinens cum magna vi, ac impetu totus insiluit in latronem, ut illo baptizatus flumine, ac totus mundatus ad paradysum evolveret; Christi sanguis quamvis exanimatus non amittit illam generosam velocitatem, qua vivus in hominum salutem rapiebatur vivens.

Latus aperitur. QUÆSTIO VI.

Quare ex percusso latere Christi exiit Sanguis, & aqua?

At N. Sacer Evangelista n. 34. Vnus militum lancea latus ejus aperuit; & continuo exiit sanguis & aqua: De quo mysterio latè tractavi tom. 5 lib 8. cap. 20. per tredecim quæstiones, & peculiariter cur ex hoc sacro vulnere exierit sanguis & aqua, ibi tractavi q. 8. 9. & 10. Nunc ex ibi dictis ad majorem abundantiam adde.

Tertio, D. Cyrillus Catechisi 13 ait: Jhesus aquam emisit e latere una cum sanguine, fortassis propter duas cades, alteram judicantis, alteram clamantium... Pilatus enim dixit: innocens sum, & aqua lavit manus. Clamantes autem dixerunt: sanguis ejus super nos; erant igitur hoc de latere, fortassis judicantis aqua; clamantibus vero sanguis Ingenti Christi amoris non sat fuit, ut vivus flagellaretur, ac crucifigeretur; sed etiam mortuus dat sanguinem, & aquam, in salutem nostram; & insigniter ad diluendam iniquitatem præsumptuosam suorum adversariorum; cum sibi falso persuaderent immundos dum clamant: Sanguis ejus super nos: Ad remedium tantæ iniquitatis modò dat sanguinem; & quia Pilatus lavans aqua manus dixerat: Innocens ego sum à sanguine justis hujus: Et maxime notandum, quòd adhuc post consummatam redemptionem ad abstergendum flagitium mali iudicis, juxta D. Cyrillum, idonea medicina ubertim ex latere Christi cum sanguine exundat. In tantam exaggeratur malitia iniqui iudicis, ut etiam à Christo mortuo per novum remedium emundanda sit: Erant igitur hoc de latere fortassis judicantis aqua; clamantibus vero sanguis.

In malos judices horrenda & festinata pena.

45. Prudent.

Interlineal. Sanguis signum victorie per ipsum nos reconciliavit Deo Patri.

46. Ioan. 20.

Salvian.

Moyse hoc quoddam dubitationis delictum. Num. 20. à Deo exclusus est à terra Promissionis; & populus tamen multo gravius delinquens ad eam possidendam est inductus. Respondet ipse. Per hac docet nos Dominus se summam virtutem à perfectis exigere; & cum erga illos homines graviter peccantes sit longanimis, Sanctis tamen hanc veniam non concedere; quòd quidam sapiens dixit aliquis: Tenuissimus venia, & misericordia dignus. Potentes autem potenter torquentur. Cùm Deus adversus alios sceleratos sit benignus, & longanimis in multa patientia: adversus tamen Principum, ac Judicum flagitia; summè rigidus est: Cùm, & horrendum iudicium his, qui præsumunt, fiet: Nam per hoc docet nos Dominus, se summam virtutem à iudicibus exigere.

Quarto: Ait Prudentius: Trajectus per utrumque latus laticem, atque cruorem Christus agit: Sanguis victoria, Lympha lavacrum est. Christus aquam ad mundandum ad purificandum dedit; & sanguinem in signum victoriæ, quam reportavit ex potestibus infernalibus sed quomodo sanguis datur in signum victoriæ; cù n. Ilias dicat, loquens de hac victoriâ cap. 9. n. 4. Superasti sicut in die Madian: Interlinealis habet: Sine sanguine: Inde maxime Prophetia celebrat hanc Christi Victoriam adeptam sine sanguine: quomodo ergo dicitur, quòd sanguis fluxit in signum victoriæ? Exiit Victoria sine sanguine per respectum ad amorem, qui ex sua vehementia nullo effuso sanguine satiabatur; fuit cum sanguine, quia ut ait Apostolus: per sanguinem sum reconciliavit nos Deo Patri, & omnes aëreas potestates destruxit.

Quinto, è manuum vulneribus sanguis exundat, è latere vero exiit sanguis & aqua: In manibus erat potestas: Omnia dedit ei Pater in manus: Joan. 13. in latere est amor: nam in eo est cor, quod sedes est amoris; & plus dedit amor, quàm potestas; in manibus erat potestas, & sanguinem, dederunt; in corde erat amor, & sanguinem, & aquam dedit. Perbellè dixit Salvianus lib. de Gubernat. 3. Quis loquitur potentias Domini, & auditas facies omnes laudes ejus: Deus omnipotens, cuius voluntas potentia est, ex

nihilò univèrsam condidit, tradiditque homini de Gen. 37. cens: Replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & univèrsis animantibus, quæ moventur super terram; & quia homo sua nequitia ceciderat ex sua pietate, & misericordia redemit, ut nos faceret sui coheredes in cœlo; Deus ut omnipotens creavit mundum; Creatio autem, in tantum est opus Divinæ omnipotentiz ut graves Theologi contendunt, quòd neq; ut instrumentum possit communicari puræ creaturæ. Deus omnipotens creavit terram, eamq; dedit homini, ipsumque Deus ut misericors, & pius ex suo infinito amore redemit, fecitque coheredem cœlestis gloriæ, ut omnipotens dedit terram, ut amans ex sua infinita bonitate dedit cœlû; & quantum distat cœlû à terra, tantum plus, dedit amor, quàm potentia.

Ait Anima Sancta de Christo D. dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Cant. 1. n. 12. cùm esset ipse rex in throno suo, seu regali folio, quòd est index suæ regalis magnificentiz ad ejus præsentiam flores mei horti dederunt eximiam sui odoris fragrantiam; Postea vero ipse Divinus Sponsus loquitur ad eandem sanctam animam dicens; Totâ pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amanæ, &c. Cant. 4. n. 7. & 8. Sponsam & amicam vocans; eam invitât ad coronam, & valde gloriosam, & amplam, & cum illam dicit Sponsam, & amicam, suum eximium, amorem declarat erga illam; ut notat D. Ambrosius lib. 1. de Virg. no. Et ait: Pulchritudinem, quis potest majorem existimare decore ejus, que amatur à Rege. Semper Sponsa, semper inupta, ut nec amor finem habeat, nec damnum pudor. Ex quo maxime expendendum est, dum ipse Dominus ostentat suam magnificentiam; ac amplam potentiam in regali throno, ad ejus tantum præsentiam flores animæ sanctæ, dant quandam odorem; at vero dum ostentat suum eximium amorem erga illam, amicam, & sponsam dicens, coronam offert, quia si regalis magnificentia dat odorem, eximius amoris affectus coronam imponit.

CAPUT XX.

I. N A autem Sabbathi, Maria Magdalene venit mane cùm adhuc tenebræ essent, ad monumentum. 2. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Jhesus, & dixit illis. Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. 3. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. 4. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcurrebat citius petro, & venit primus ad monumentum. 5. Et cùm se inclinasset, vidit posita linteamina: non tamen introivit. 6. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introivit in monumentum, & vidit linteamina posita. 7. Et sudarium quod fuerat super caput ejus non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum. 8. Tunc ergo introivit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum, & vidit, & credidit. 9. Nondum enim sciebat Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. 10. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. H H h Maria Sylvæira Evang. Tom. VI.